

49.

Papst Innocenz III. schreibt dem Erzbischof Konrad von Mainz, wie der zum römischen König gewählte und gekrönte Otto ihm von dem Treubruche des Landgrafen von Thüringen berichtet habe, und beauftragt ihn, den mit seiner Nichte vermählten Landgrafen dahin zu bestimmen, daß er, wenn er seinen Eid zu brechen sich nicht scheut, doch wenigstens das von Otto Empfangene zurückgebe. 5
Zugleich eröffnet er ihm, daß er denselben im Weigerungsfalle mit Excommunication und Interdikt dazu anhalten werde.

1200 [Nov.].

Hdschr.: Reg. Innoc. III. No. 6 fol. 8^b No. 27 Vatikan. Archiv.

Gedr.: Baluze, Ep. Innocent. III, 1,697; ed. Migne 3,1023. Potthast 1179. Böhmner-Ficker 5716.

Ann.: Da der Erzbischof am 27. Oktober starb, so kann dieser Brief nicht später als im November geschrieben sein. 10

Maguntinensi archiepiscopo, episcopo Sabinensi. Carissimus in Christo filius noster Otto, de quo in regem electo et coronato, quid nobis complacet, tua, sicut credimus, fraternitas non ignorat, gravem nobis querelam contra lantgravium Thuringie destinavit, quod, cum ei fecisset hominum et fidelitatem iurasset, de manu eius multis presentibus regalia recipiens cum vexillo, et ut plenius et firmiter, quod iuraverat, observaret, certam 15 illi dedisset pecunie quantitatem et Northusiam contulisset in feudum, ipse tamen et, quod iuraverat, non servavit et adhuc detinet, que recepit. Nos autem in hoc fraternitati tue cupientes deferre, quam sincera diligimus caritate, cum idem lantgravius neptem tuam habeat in uxorem, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsum ex parte tam nostra quam tua moneas attentius et inducas, ut, si forte iuramenti religionem 20 contra salutem et famam suam transgredi non veretur, saltem restituat, que recepit, alioquin quantumcumque sibi deferre pro tuo velimus honore, quia tamen facti sumus secundum apostolum sapientibus et insipientibus debitores, unde nec volumus nec debemus postulantibus iustitiam denegare, ipsum ad alterum predictorum per excommu- nicacionem in personam et interdictum in terram secundum officii nostri debitum com- 25 pellemus. Datum etc.

Cameracensi episcopo scriptum est super hoc.

50.

Landgraf Hermann I. bestätigt dem Kloster Pforte seine vor mehr als 40 Jahren von dem Grafen Heinrich von Buch erworbenen Güter zu Osford, nachdem Heinrichs Sohn, Graf Hugold von 30 Buch, im Landgerichte von Pforte 40 Mark empfangen und allen Ansprüchen entsagt hat.

1200 [Sept.—Dez.].

Hdsch.: Kop. Dipl. Port. fol. 15^b (Saec. XIII). Bibliothek der Landesschule Pforta. Phot. II. St. A.

Gedr.: Böhme, Urkundenb. des Kl. Pforte 71.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus divina favente clementia 35 Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus. Oportunum satis et necessarium agnoscimus, ut nos, qui deo auctore terrene potestatis apicem tenemus, ecclesias dei et iustas earum possessiones sub nostra sitas dicione non solum benigne protectionis scuto ad presens tueamur, sed etiam in futurum contra emergentes causarum et gravaminum articulos circumspecte provisionis cautionem opponamus. Ea propter universis Christi 40